

CAPUT XXXVII. §. 1.

SUMMARIUM.

- 1 *Duces & Marchiones gaudent beneficio deducendi ne egeant.*
- 2 *Alimenta qualiter taxentur. Contrarium tenentes computantur, n. 3. A Judice taxari debent, n. 4. Intellige ut n. 5.*

Supra in hoc eodem c. n. 35, & 42, per Auctorem recensentur personæ gaudentes privilegio, ne conveniantur ultra quam facere possint, quas repetit in hoc §. 1. n. 2, 3, 13, & 15, Salgad. in labyrin. credit. part. 1, cap. 24. n. 1. Hoc præmissis duas discutit quæstiones, primam scilicet à n. 1, usque ad 12, in qua concludit, quod etiam Duces, Comites, Marchiones statuunt, & ac majoratus possessores etiam sine dignitate & jurisdictione ære alieno ultra vires gravati proponentes judicium concursus habeant beneficium deducto ne egeat, ac consequenter alimenta, si non de jure quoad simplices majoratum possessores, saltem ex consuetudine. Salgad. in labyrin. credit. part. 1. cap. 24. n. 33, n. 39, & 41, & n. 49. ubi illud non habere locum in majoratibus dignitate, & jurisdictionibus carentibus concludit Lar. dec. 66. n. 25. Acoft. de privileg. credit. regul. 5. ampliat. 6. ubi quod etiam famuli similibus personis assignari debeant. Acoft. de privileg. credit. regul. 5. ampliat. 6. sub n. 10. vers. in magnatibus vero Ducibus prope finem. Amat. Rodriguez de concurs. credit. part. 1. de concurs. & privileg. cred. n. 27. ubi quod ex fructibus status reservatis Duci, vel Marchioni alimentis, cæteri fructus creditoribus relaxentur quoad ipse debitor vixerit.

Alteram verò respicientem alimentorum taxationem, circa quod refert Doctores, & qui alimenta regulari statuunt juxta qualitatem personarum, dignitatem earum, familiam, & similes circumstantias. Lar. dec. 66. n. 28. Acoft. de privileg. credit. regul. 5. ampliat. 6. sub n. 10. vers. fructus majoratus. Ripol. var. resolut. cap. 9. n. 15, & seq. & cap. 10. n. 225. Spad. conf. 222. n. 4. lib. 3. ubi quod de jure canonico debeatur etiam filiis spuris, valde tamen moderata, late Sanchez conf. moral. lib. 4. cap. 3. dub. 34. n. 2, & per tot. ubi de filio Ducis spurio, cui alimenta assignantur secundum status dignitatem pro uxore, filiis, ac famulis, & lib. 7. cap. 1. dub. 34. n. 7. seq. ac per totum ubi n. 13. quod Episcopus teneatur alere ordinatum sine patrimonio, & beneficio, consideratis facultatibus Ecclesiæ, & dignitate ipsius Clerici. Lotter. de re benesic. lib. 2. quæst. 5. n. 40. latissimè prosequitur Gratian. discept. forens. 613. ex n. 4. & discept. 586. n. 29. & prius discept. 112. per tot. & utrobique ampliat etiam in spuris. Georg. Mund. conf. 29. n. 12. & seq. lib. 2. ubi quod ob congruam alimentorum præstationem etiam feuda alienari possint. Sanfelice. decif. 322. n. 11. & 12. ubi de professo ab una ad alteram religionem translato qualiter debeantur alimenta idem repetit Tondut. resol. benefic. c. 65. n. 16. & seq. & part. 3. cap. 122. n. 5. & seq. ubi quod alimenta monialibus non ad ratam dotis, sed ad numerum ipsarum decerni debeant, & resol. civil. 146. n. 6. part. 2. cum infinitis apud Salgad. in labyrin. credit part. 1. cap. 24. ex n. 13. ad 19. Cyriac. contr. 34. n. 11. & per totam. Mart. Ventur. consil. 18. n. 70. Giurb. observat. 41. n. 12. Tondut. de pens.

cap. 7. n. 17. Antonin. de Marin. resol. 349. n. 2. lib. 1. Treutler. consil. 36. n. 59. & seq. Ciardin. contr. 7. n. 29. Calvin. de equitat. cap. 73. n. 23. & seq. Carren. resol. 49. n. 2. Merlin. decif. 5. n. 9. & decif. 671. n. 22. Duran. dec. 92. n. 12. repetita decif. 92. part. 5. & dec. 193. n. 48. & 61. part. 7. & decif. 254. ubi Rub. n. 18. part. 9. tom. 1. & dec. 410. n. 1. & 5. p. 9. tom. 2. recent. Sanfelice. decif. 199. n. 1. & 19. & per tot. ubi idem de expensis in apparatu nuptiarum erogandis, & præcitati Doctores promiscuè loquuntur tam de legitimis, quam naturalibus, spuris absque ulla prorsus distinctione.

Cui sententiæ omnino adhærendum venit tametsi in spuris non desint qui velint alimenta eisdem decernenda ad necessitatem dumtaxat reparandam, non autem ad decentiam. Beneint. dec. 22. n. 8. Franc. dec. 283. n. 9. qui tamen n. 18. contrarium concludit Thesaur. dec. 211. n. 16. Cavalier. dec. 298. sub n. 2. versic. & in simili, cum adductis per Capyc. Galeott. contr. 36. nu. 8. & controvers. 37. n. 2. & per tot. lib. 2. Botull. de success. ab intell. c. 3. Tboemat. 111. n. 3. alios recenset, sed reprobat Giurb. obser. 41. sub n. 12. versic. quamvis. Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 2. quæst. 5. n. 30. Balda. de Angel. ad decif. Gizzarel. 47. n. 16. Quemadmodum in genere & quod alimenta miserationis ergo debita, non nisi pro necessario vitæ subsidio præstari debeant, alii inutiliter contendunt apud Barz. dec. 129. n. 11. & 14. Rot. dec. 249. sub n. 1. vers. per ea part. 2. recent. Giurb. dec. 6. n. 3. Tondut. de pens. cap. 7. sub n. 17. vers. quamvis, ubi tamen concludit contrarium verius Mart. Ventur. d. consil. 18. n. 69. latè Salgad. in labyrin. credit part. 1. c. 24. ex n. 19.

Hinc propterea Author hic n. 14. limitationem & alimentorum arbitrio judicis relinquendam resolvit Rota dec. 114. n. 5. part. 8. recent. cum adductis per nos in annot. ad cap. 1. n. 8. Pen. d. dec. 331. n. 6. cum moderatione tamen, ut istud intelligatur respectu quantitatis, non ut valeat neglecta personarum qualitate, & dignitate alimentare juxta inopiam alendi dumtaxat taxare. Pen. d. dec. 331. n. 5. ubi quod inter spurium, & legitimum diversimodè alimenta arbitrandi veniant. Gratian. discept. 112. n. 14. & discept. 613. n. 4. & 5. Tondut. resol. civil. 146. n. 6. in fine. Lar. dec. 66. sub n. 31. vers. & ex arbitrio. Vide ad hunc §. quæ observavimus ad cap. 49. n. 5. & 6. & ad cap. 55. n. 10. & 11. & Auctorem in §. seq.

CAPUT XXXVII. §. 2.

SUMMARIUM.

- 1 *Dilationes contra minorem currunt, sed in integrum restituitur; majores heredibus conceduntur n. 3. Novæ dantur propter oppositiones partis n. 4. Si non dentur, appellatur, n. 6.*
- 2 *Læsiō ex solo temporis lapsu inducitur.*
- 5 *Terminus nunquam dicitur lapsus, nisi prævia Judicis interlocutoria.*
- 7 *Appellatio in dubio admittitur.*
- 8 *Periti rationes solummodo dispungere possunt.*
- 9 *Probationes substantiales omitti non possunt.*
- 10 *Expensa modica per Tutorem facta, aut soluta non indigent justificatione.*
- 11 *Inventarium contra tutorem plene probat.*
- 12 *Mobilia existentia in domo uxoris, in quam introduxit virum, uxoris præsumuntur.*
- 13 *Tutor ab adultis mobilibus spoliatus de illis ratio-*

Observationum de Alimentis Cap. XXXVII. §. 2. 69

rationem non reddit. Si reditus pupilli non sufficiunt pro ejus indigentis potest apponere manus ad capitalia, num. 25. Bonam fidem agnoscendo potest absque lite solvere creditoribus, n. 28.

- 14 *Liber in majori parte justificatus in omnibus probat. Etiam quod magnas expensas, n. 15. In aliquibus erroneus, nec in aliis probat, n. 19. Et de ratione, n. 20. Tutoris non potest pro parte acceptari, & pro parte repugnari, n. 21. & n. 27.*
- 16 *Tutoris obitus, atque illius legalitas fidem tribunt ejus libro.*
- 17 *Tutori consanguineo admittuntur parcelle extraneis non admittendæ, & n. 18.*
- 22 *Partitæ unius ex veritate aliarum veritas arguitur, & n. 29.*
- 23 *Libri partitæ impugnata, si reperitur vera, cætera omnes præsumuntur vera.*
- 24 *Libro Tutoris num credatur Judicis arbitrio remittitur.*
- 26 *Calculus sententiam prærequirit.*
- 30 *Mors scribentis vim juramenti habet pro substantia libri.*
- 31 *Legalitas scribentis cum obitu, & verisimilitudine parcellearum operatur, ut fides libro adhibeatur.*
- 32 *Rationes administrationis etiam sine libro reddi possunt.*
- 33 *Juramentum in litem hæredi pupilli potissimum infanti non deferitur. Sed vide n. 34. & declarata ut n. 35. In dubio non præstatur nu. 36. Fæminæ difficilius præstatur n. 37. Non deferitur inimico ob litem majoris partis bonorum n. 38. An deferri debeat in dubio Judex arbitrat n. 39.*

De personis gaudentibus privilegio, ne pro debitis civilibus conveniantur, ultra quam facere possint, cum alibi tam ab ipso Authore, quam à nobis plura in hoc tractatu dicta fuerint, idèo ne rem actam agerem operæ pretium esse duximus infra scriptum juris responsum subijcere.

Dubitationes adversus Isabellam de Meliis excitatæ fundamentis usque adeo irrefragabilibus consistunt, ut inevitabiles omnino præexistant. Lapsa enim dilatio à statuto præfixa alias quoque concedi debuisset suadent, & minor ætas infra scripti unius ex fratribus de Meliis ope quidem in integrum restitutionis, quemadmodum præter adductos in motivis comprobant Bald. in cap. præterea, nu. 10. de dilacione. Joan. Ant. ab Ecclesia observ. 46. n. 11. & 12. & observ. 53. nu. 26. lib. 1. Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 16. num. 119. Ubi inquit istud procedere, etiam læsione non probata, aut dato læsionis fumo. Ratio subest optima, quoniam ex solo temporis lapsu læsio & inducitur. Rim. jun. consil. 314. n. 3. & 4. Sol. ad antiq. constit. Sabaud. tit. de profect. appell. gl. 8. n. 6. fol. 419.

Quinimò seclusa etiam minori ætate non deerant causæ, ob quas nova dilatio concedi debuisset, tum quia judicium prosequeretur contra hæredes & Tutoris, quibus uti in jus patris succedentibus major dilatio impertiri debebat. Jaf. in leg. oratione 7. ff. de ser. & dilat. n. 2. Joann. Anton. ab Ecclesia observ. 53. nu. 24. lib. 1. Tum quia ex non admisione partitarum libri Tutoris, pars adversa novam probandi necessitatem induxerat, & quo in casu non obstant lapsu dilacionis statutarie nova dilatio assignari debuisset, ut præter Fontanell. decif. 21. & Cyriac. contr. 349. num. 28. in motivis adductos comprobant Scac. de judic. lib. 2. cap. 3. quæst. 3. n. 59. & quæst. 4. nu. 69. & sequent. Joan. Anton. ab Ecclesia observat. 99. num. 2. lib. 1. Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 16. nu. 118. fol. 122. Tum quia terminus à statuto præfixus & nunquam lapsus intelligitur, nisi prævia judicis superinde interlocutoria. Aretin. in §. idem juris in fine, institut. de except. Marches. de commiss. jact. §. 1. num. 50. part. 3. pag. 334. Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 16. n. 116. fol. 122.

Jure igitur optimo fratres de Meliis ob denegatam tot nominibus de jure concedendam de novo dilacionem & appellacionem interposuerunt cap. 1. extr. de dilat. Trentacinq. var. resolut. lib. 2. resolut. 2. num. 13. de judic. Vant. de nullitat. ex defect. proces. nu. 42. Amat. decifion. Ferrar. 56. n. 4. Joan. Anton. ab Ecclesia observ. 46. nu. 20. & sequent. lib. 1. Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 16. num. 11. versic. & idèo, fol. 121. Quæ etiam in dubio & in turbida hac gravi & magna quæstione admitti debere ultra allegatos in altera profitentor. Pafeth. consil. 128. n. 24. & 32. Sord. consil. 335. n. 14. & 15. Cornaz. dec. 128. n. 9. Giurb. decifion. 30. n. 19. in fin. & decif. 49. nu. 1. & dec. 101. n. 9. Lar. dec. 39. n. 28. Pignat. ad stat. Ferrar. rubr. 66. n. 48.

Nec termini nobis fratribus de Meliis statuti, de quibus fit mentio in sexto capite normæ ad deducendum, & probandum parcellas, & expensas in eo narratas coram Calculatore quicquam relevant: quippè quia Calculatores, & periti qualitercumque eligantur non nisi circa factum Judicibus cognitione juris relicta versantur. Cost. de re integr. cap. 36. num. 1. Munoz. de ratiocin. cap. 7. n. 24. & sequent. Tusc. in verbo calculatores conclus. 4. n. 18. lib. 1. Rot. coram Othob. decifio. 101. n. 17. Melius in hac causa allegat. 124. nu. 24. lib. 3. & nunc addo Cephal. consil. 104. nu. 26. Rim. jun. consil. 810. num. 31. Coccin. decifion. 422. nu. 7. & 8. Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 88. nu. 13. fol. 520. Rot. apud Post. de manutent. decifion. 487. num. 16. & in Milevitana redditionis rationis 14. Maii 1649. §. ult. coram Reverendiss. Decano, & in Romana hæreditatis 8. Martii 1652. §. ult. coram R. P. D. Verospio; Ea propter probationes & circa parcellas peritis inutiliter demandatæ coram Judice erunt ineundæ, cum potissimè tanquam substantiale omitti, vel remitti nequeant ad tradita per Munoz. de ratiocin. cap. 31. n. 8. Ex quibus concludenter apparet de manifesto gravamine ac consequenter appellacioni deferendum saltem ad effectum supplendi probationes, in quibus ob dilacionem angustiam defecimus: Exaranda verò inferius circa negotium principale abundantioris cautelæ ergo in medium prodibunt.

Quoad parcellas expensarum infra libras triginta in causam pupilli per Tutorem erogatarum absque ulla prorsus justificatione & sufficientibus ad satietatem diximus, & animadvertunt gloss. & Doctores in lege fin. §. in computat. Cod. de jure deliber. Bald. consil. 152. sub num. 1. §. esse verum lib. 3. Thomas. de tutor. & curator. tit. 34. num. 93. & 83. & 231. Beltram. ad Ludovif. decifion. 79. sub n. 7. versic. sed solum: Carth. decifion. 127. in fine. Martin. Medic. decifion. Senen. 88. numer. 5. Leoncill. decifion. Ferrariens. 26. num. 1. Pignat. ad statut. Ferrariens. rubr. 37. num. 1. Gen. de script. privat. lib. 4. tit. de lib. int. nu. 7. & sequent. fol. 202. Rot.

Rot. in Rom. rescif. transact. 16. Junii 1651, §. nec enim coram Eminentissimo Corrado. Nunc decision. 27, apud Salgad.

Quoad parcelas autem in inventario tutelari dispositas non ambigitur quin Tutor illas restituere, aut de eis, vel earum valore rationem reddere obstringeretur: siquidem inventarium contra Tutorem plenè probat leg. fin. ubi gloss. & Doctores, Cod. de arbitr. tucl. Buratt. decision. 557, num. 6, & 7, & decision. 637, nu. 6, Rot. decis. 301, num. 4, part. 6, recent. & coram Merlin. dec. 189, n. 1.

Nisi Isabella de Meliis pubes jam effecta, Comitum Carolum pariter de Meliis in faciem Ecclesie desponsatam insalutato Tutore in propriam domum mobilibus inventarizatis adhuc instructam non traduxisset, quod nec ipsa inficias ibit, uti notorium facti permanentis in patria probatione non indiget; Jurisque præsumptione convincitur + mobilia scilicet in domo uxoris existentia ad eam spectare. Salycet. in lege 2, n. 4, Cod. ne uxor pro marito. Socin. consil. 128, n. 1, lib. 1, Surd. de alim. titul. 1, quest. 123, n. 4, Cyriac. controvers. 42, n. 18, Buratt. decision. 191, num. 11, & decision. 236, num. 1, Post. de substat. inspect. 18, n. 8, Fontanell. de pact. nupt. clausul. 6, gloss. 1, part. 4, n. 59, latè Spad. consil. 245, per totum, lib. 2, Joan. Anton. ab Ecclef. observat. 160, num. 6, lib. 1. Quo sanè casu Tutor ab adulta præventus in occupatione mobilium, + ab illorum restitutione dubio procul eximitur. Melius patruus dicta allegat. 124, nu. 54, lib. 3, Fontanell. decision. 544, nu. 15, & decision. 545, n. 3, & per totas. Rot. decision. 360, n. 6, part. 4, tom. 2, recent. & in Romana redditionis rationis 16. Junii 1651, §. Jocalia vero coram R. P. D. Albergato, ubi in effectu concludunt implicare contradictionem, quod Tutor spoliatus de facto ab adulta bonis Inventarii tutelaris illorum restitutionem inire, aut de eis rationem reddere sufficienter valeat: nisi prius in actuali eorum possessione reintegretur: ita ut hujusmodi occupatio loco reddat rationis, ac reliquatus restitutione quoad ipsa habeatur, Rot. post Pic. ad statum Urb. decision. 56, nu. 8, & 9, Ubi quod aliàs pupillus cum Tutoris jacturis locupletaretur. Duran. decision. 212, n. 6, Spad. consil. 312, n. 1, & per tot. lib. 2, Melius dict. alleg. 124, n. 60, lib. 3.

Tota ergo difficultas versatur circa annuos redditus, expensas, & cætera in libro rationum recensita, quorum major pars, cum ex ferie facti justificata remaneat, plura ex adverso non controvertantur, & pro impugnatibus tametsi inutiliter ex abundantibus probationibus illico exhibentur, consequens inde fit, ut omnibus parcellis in libro tutelæ dispensatis fides integraliter adhibenda sit rationibus deductis in altera, §. his sic præmissis, & comprobant Gabriel. de præsumpt. conclus. 5, num. 1, Menoch. præsumpt. 63, à num. 1, ad 9, lib. 3, Gen. de script. privat. lib. 4, cap. 1, ex num. 44, Martin. Medic. decision. Senen. 88, num. 1, Gait. de credit. cap. 2, num. 918, & sequent. & num. 932, Rot. coram Rogaf. decision. 59, nu. 10, & in Romana tutelæ 29, Januarii 1612, §. adminicula vero coram R. P. D. Pamphilio.

Inspectis præcipuè qualitate, substantia, & verisimilitudine parcelarum in libro tutelari descriptarum in pupillorum utilitatem versionem præ se ferentium + quæ propterea admitti omnino debent, quemadmodum subjungebam in

alia: §. non docto, versicul. quæ tamen, ac insuper animadvertant Bald. consil. 150, n. 3, versic. si autem lib. 3, Capell. Tolosan. decision. 497, Socin. sen. consil. 82, nu. 22, in fine, lib. 4, Mascard. de probat. conclusio. 719, num. 3, Corn. consil. 8, nu. 9, lib. 4, & latius prosequuntur Menoch. dict. præsumpt. 63, lib. 3, Gen. de script. privat. lib. 4, cap. 1, n. 56, & sequent. fol. 185, Martin. Medic. dicta decision. 88, sub nu. 2, & sequent. Rot. coram Ludovif. decision. 468, n. 11, & decis. 475, num. 5, & in dicta Romana tutelæ 27, Januarii 1612, §. secundo quod, coram R. P. D. Pamphilio, & in Maceraten. redditionis rationis 20, Februarii §. habita etiam coram R. P. D. Melio, & in Romana redditionis rationis 16, Junii 1651, §. ex his coram Albergato.

Maximè cum pro vehemèti conjectura veritatis parcelarum concurrant obitus Tutoris, + ac illius conspicua legalitas. Rot. decision. 388, nu. 3, part. 2, recent. Mant. decision. 363, nu. 5, omnino relegenda. Cassil. decision. 22, nu. 19, cum adductis in hac tam per me, quam per patruum allegat. 124, num. 41, lib. 3, Gen. de script. privat. lib. 4, cap. 1, nu. 78, fol. 187, Mart. Medic. dicta decis. 88, n. 9.

Præter quas verisimilitudines, conjecturas, & argumenta veritatis contentorum in libro tutelari accedit ulterius nos versari in Tutore consanguineo, quo cum tam rigide, quam cum extraneis tutoribus in reddenda ratione non agitur ex cumulatis in altera in principio; ubi subjungitur idem procedere in formali Tutore consanguineo, + quippe quoniam ratione consanguinitatis cum pupillo Tutori Juxta parcelas, quas extraneis non admitteret, accepto ferrè debet. Montan. de Tutor. cap. 38, n. 68, fol. 194, & optimè exornat. Monach. in altera adductus decision. Bonon. 48, n. 3, & sequent.

Unde non obstant Socin. consil. 46, sub n. 2, versicul. quæ decisio, lib. 1, duplicatum consil. 213, lib. 2, Gutierrez. de tucl. part. 3, cap. 1, nu. 6, Montan. sibi contrarius de tucl. cap. 32, regul. 8, n. 16, fol. 118, Farinacius in fragment. part. 2, n. 1069, Thomaf. de tutor. & curator. titul. 13, sub nu. 229, ampliat. 86, & titul. 34, num. 66, & 224, Stare enim simul possunt, quod consanguineus non jure consanguinitatis, sed tutelæ administrans exactam teneatur reddere rationem, + ut contendunt præcitati Doctores, non tamen ita scrupulosam, ut extraneus, & quemadmodum adversaria prætenderet, ut præter adductos censuit Senatus Dolanus coram Crivell. decis. 2, sub n. 7, vers. Et quando res agitur inter consanguineos.

Nec quicquam faceret si opponeretur, quod dum Isabella de Meliis insistit in eo, quod aliquæ ex partitis ad ejus debitum positæ errorem, & indebitum contineant, + Ideo eidem liceat illas tanquam erroneas impugnare, & positas ad sui creditum acceptare. Castrenf. consil. 301, sub n. 4, versic. unde lib. 1, Gabriel. consil. 148, n. 9, lib. 1, Farinacius consil. 108, n. 14, Ludovif. decision. 79, sub n. 2, & ibi. Beltram. in addit. n. 7, & ad decision. 377, in fine, ubi refert decisiones impressas apud Marchesan. de commiss. tom. 1, fol. 885, & sequent. quarum una habetur impressa decision. 743, part. 1, divers. & decision. 1, nu. 10, & 11, part. 6, & decision. 111, nu. 6, & 7, part. 7, recent. & latè in Romana redditionis rationis 8, Decembris 1636, coram R. P. D. Coccino, & in Romana, seu Nepetina tutelæ 4, Julii 1642, §. Idque multo magis versic. quia sicut.

& 23, Junii 1645, §. quod eo facilius coram Reverendiss. Cerro Thomaf. de tutor. & curat. titul. 13, n. 163, & titul. 19, n. 3864, fol. 883, & tit. 34, n. 231, Spad. consil. 247, num. 33, lib. 3, Cait. de credit. cap. 2, titul. 5, nu. 903, & seq. Pignat. ad statum Ferrar. rubr. 37, n. 8, & 9.

Rationem assignant, quia ad hoc, ut fides detur in totum libro, requiritur justificatio multarum quantitatum absque eo + quod aliqua redarguatur de mendacio. Paris. consil. 90, nu. 25, & 26, lib. 1, Socin. jun. consil. 132, n. 11, lib. 3, Rim. jun. consil. 489, n. 35, Rot. apud Marchesan. de commiss. tom. 1, §. 2, fol. 885, quæ est decisio 743, part. 4, divers.

Siquidem objectum istud in facto non verificatur, dum Isabella de Meliis opponit solummodo de non exhibitione quantitatarum quoad expressas in libro tutelari reportatas, + quas ad impugnationem libri etiam pro ea facientis, & acceptari erroneas probare obstringeretur. Beltram. ad Ludovif. decision. 377, in fine. Thomaf. de tutor. & curator. titul. 19, n. 3864, fol. 888. Et latius deducitur ex traditis per Rot. apud Marchesan. de commiss. in quatuor decisionibus ibi registratis à fol. 885, part. 2, §. 2. Et in aliis superius congestis, in quibus supponitur erroneitatem, vel probatam, vel resultantem ex confessione Tutoris, quorum neutrum hic occurrit.

Cæterum quod defectus receptionum solutionibus in libro tutelari fideliter annotatis, concurrentibus maximè tot adminiculis eas coadjuvantibus; + mox examinatis præjudicium non inferat ex professo in punctualibus terminis post alios defendit Rot. coram Mant. dicta decision. 363, n. 4, & per totum, & dicta decision. 388, sub num. 1, versicul. quod quoties, parte 2, recent. & facit Joseph. de Mele post alios ad Gazzarell. decision. 86, num. 21. Neque enim subsistit ratiocinatio: parcelarum recapita non reperiuntur, erroneæ igitur, & indebitæ præexistunt, sique inconcussa remanent quæ diximus supr. §. Tota ergo.

Animadvertendo insuper, quod Isabella de Meliis studio duntaxat contradicendi parcelas impugnat: Quemadmodum, & in recuperatione mobilium Inventarii diu insistit, tametsi omnia, vel saltem majorem partem occupaverit partim, partim + verò receperit. In tantum quod mobilia Inventarii integraliter habuisse præsumitur, nisi contrarium ipsa probet. Cyriac. controvers. 261, sub n. 6, & controvers. 411, num. 28, & 29. Quo stante quoad omnes parcelas libri veritatis præsumptio inconcussa resultat. Menoch. dicta præsumptione 63, nu. 12, lib. 3, Gen. de script. privat. lib. 4, cap. 1, nu. 53, fol. 185. Mant. dicta decision. 363, num. 4, Cavalier. decision. 552, n. 3, versicul. Recedendo ab obstinata negatione, ubi quod si adultus unam ex partitis impugnaverit, repertam subsistere ulterius non aidiatur.

Sapientissimi ergo Judicis, cujus arbitrio + in hac materia plurimum tribuitur. Menochius dicta præsumptione 63, nu. 10, lib. 3, & de arbitr. cas. 93, lib. 2, Genua de script. privat. lib. 4, cap. 1, nu. 52, fol. 185, Martinus Medic. dicta decision. 88, num. 2, per textum in lege Publica 26, §. fin. in fine ff. de deposit. Judicium versabitur ex circumstantiis facti in subsistentiam oppositionum contra parcelas decernere, prout concessa inflata dilacione, quatenus opus fuerit, censendum clarius demonstrabitur.

Manus autem appositio ad consumptionem ca-

pitalium pupilli, dum redditus annui pro illius fororis, ac creditorum alimentis, ac satisfacione sufficienter non suppetebant + allegare non merebatur, dum aliter necessitati pupillorum provideri potuisse non demonstratur ex Cyriac. controvers. 503, nu. 20, 23, 24, & 34, & facit tradita per Viv. decision. 25, & Thomaf. de Tutor. & curator. titul. 18, nu. 105. Ubi tamen animadvertunt, quod si prædicta de causa distraherentur immobilia, Judicis decretum requireretur, quod dispungere non expedit, dum in aliis terminis versamur.

Tandem optimè in motivis concluditur ad exclusionem normæ Calculatoris, tanquam inducentis præversionem ordinis Judicii, ex quo relatio + peritorum sententiam Judicis approbatoriam prærequirit. Thomaf. de tutor. & curator. titul. 10, sub n. 189, versic. & per sententiam. Surd. decision. 216, n. 47, cum cæteris apud Bardel. consil. 37, n. 1.

Ex quibus simul junctis, alterum de duobus necessariò sequitur, vel quod liber tutelæ uti ritè, legaliter, & rectè confectus, in quamplurimis per Isabellam de Meliis approbatus, + in reliquis quoque avertetur propter unitatem causæ parcelarum, connexionem, atque unius negotii continentiam. Menochius de arbitr. cas. 93, nu. 10, cum adductis per Gen. de script. privat. lib. 4, cap. 1, num. 70, fol. 186, Martinus Medic. dicta decision. 88, nu. 2, & 4. Illicò enim ac Tutor reddituum se debitorem constituit, onerum pariter erga Regiam Majestatem creditor indubitanter, solutor evadit annuarum pensionum erga patruos, amitam, & alios creditores pupillorum, quibuscum agnoscendo bonam fidem + absque sumptibus litium solvere potuisse dicebam in altera, & admittit Rot. decision. 151, num. 8, part. 7, recent. præstationis alimentorum erga pupillum, sororem + familiam, expensarum. Denique pro agrorum cultura. Jas. in lege admonendi 31, n. 125, Ubi cæteri omnes ff. de jure jur. Surdus consil. 290, num. 46, ad 49, & consil. 543, num. 6, Turrett. consil. 100, num. 41, lib. 1, Leoncill. decision. Ferrariens. 41, num. 6, Cavalierus decision. 552, num. 2, Pignat. ad statum Ferrariens. rubric. 37, nu. 4, Gen. de script. privat. lib. 4, cap. 1, ex num. 56, ad 61, ubi post Pyrt. Alphan. in lege 1, nu. 19, Cod. de edend. Concludit, quod mors habeat locum juris jurandi in iis tantum, quæ mortis tempore per scribentem dicta sunt. Siquidem nec tempore infirmitatis, nec tempore obitus nequam libros scribere non permittitur, & tamen quod pro subsistentia libri mors + vim juramenti obtineat præter adductos in altera, §. à libris, versicul. quod mors: animadvertunt Trentacinq. variat. resolut. 7, nu. 28, libro 2, de probat. Amat. decision. Ferrariens. 3, num. 29, Leoncill. decision. Ferrariens. 42, num. 11, Pignat. ad statum Ferrariens. rubr. 37, num. 35, & 36, Joseph. Ludovic. decision. Ferrar. 88, num. 5, Gaill. pract. observat. 43, n. 6, lib. 2, & facit tradita per Mart. Medic. decis. Senen. 88, n. 9.

Quinimò legalitas Tutoris + juncto illius obitu cum verisimilitudine parcelarum quantumvis separatarum, eisdem prorsus inconcussas reddidit. Surd. decision. 199, n. 15, Leoncill. dicta decision. 42, sub num. 6, Pignat. ad statum Ferrariens. rubr. 37, n. 7, in fine. Gratian. discept. 171, nu. 11, 12, & 13, Menoch. d. præsumpt. 63, sub n. 6, versic. sed in separatis, lib. 3, Cait. de credit. cap. 2, n. 959, & 964, Scayn. decision. 34, nu. 8, & faciunt